


**Nachrichten von der Güstrowschen Domschule : womit zu der ... anzustellenden Prüfung der Jugend  
alle Gönner und Freunde dieser Schule mit gebührender Achtung einladet**

**2.1811**


1811

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1042503842>

Band (Zeitschrift) Freier  Zugang 



D3b



R 43

*Physik.*





*J. G. P. P. P.*  
Einladung zum Examen

der

Güstrow'schen Domschule

am 5ten April 1811.

---

Vormittag.

1. Erste Religionsclasse. Conrector.

Rede: Frank senior aus Boitin (I.) wird zeigen, daß eine vollkommne Glückseligkeit auf Erden nicht in dem Plan der Vorsehung liege. Deutsche Prosa. E. N.

2. Erste lateinische Classe, Cicero. Rector.

Rede: Was für Vorzüge haben wir vor den alten Griechen und Römern? Hahn aus Kittendorf (I.). Deutsche Prosa. E. N.

3. Zweyte mathematische Classe. Subrector.

4. Litterärsgeschichte. Rector.

5. Erste französische Classe. Conrector.

Zum Beschluß werden die beiden Abiturienten, Müller aus G. und Harder aus Tetesrow, vom Rector entlassen, worauf Müller eine Abschiedsrede halten wird.

Nachmittag.

1. Dritte Religionsclasse. Succentor.  
Declamation: Arons aus Grebismühlen  
(III.) der Schulmeister von Götthe.
2. Dritte griechische Classe. Subrector.  
Declamation: Sibeth aus Güstrow (III.)  
Mucius Scävola.
3. Dritte historische Classe. Cantor.  
Declamation: Christian Schneider aus  
Güstrow (IV.) der Sängler von Götthe.
4. Erste deutsch-grammatische Classe. Sextus.  
Declamation: Viereck aus Güstrow (IV.)  
Nadowessische Todtenklage von Schiller.
5. Erste Rechenclasse. Herr Behrens.

2  
N a c h r i c h t e n

von der

Güstrowschen Domschule.

Zweytes Stück.

Womit

zu der am 23sten und 24sten September

anzustellenden

Prüfung der Jugend

alle

Gönner und Freunde dieser Schule

mit

gebührender Achtung einladet

Johann Friederich Besser,  
Rector der Domschule.

R o s t o c k , 1811.

gedruckt bey Adlers Erben.

L. Lohs. Krüger







D33

---

## V o r e r i n n e r u n g .

---

Es macht mir Vergnügen, außer manchen andern Dingen unsere Domschule betreffend, dem Verehrh. Publico dieser Stadt eins der interessantesten Actenstücke über dieselbe mittheilen zu können.

Ich verdanke es der Güte des Herrn Doctor Kämmerer allhier, der in seiner reichen Sammlung von Mecklenburgischen Sachen auch alle die Güstrowschen Schulschriften besitzt, die sich mit unglaublicher Geduld und Mühe in einer langen Reihe von Jahren haben aufstreiben lassen. Die aus dieser Sammlung entlehnten und hier abgedruckten ältesten Schulgesetze sind meines Wissens nur noch zweymal in Manuscript vorhanden, und es wäre doch schade, wenn sie, als ein so interessantes Denkmal alter Zeit und Sitte, ganz verloren gehen sollten, obgleich sie unvollständig sind und nur die Schüler betreffen.

Ich kann bey dieser Gelegenheit die Aeußerung nicht unterdrücken, daß es mir höchst unangenehm ist, eine solche Sammlung auf unserer Bibliothek, wo man sie am ersten suchen und erfragen sollte, bis ist zu vermissen. An Umsicht und Mühe, dahin zu gelangen, habe ich es nicht fehlen lassen, aber noch bin ich nicht so weit gediehen, auch nur die vom seel. Pries geschriebenen Programme vollständig zu erhalten. Wie sehr würde man mich zum Dank verpflichten, wenn man mich in diesen Nachsuchungen etwas unterstützen wollte! nur fürchte ich, daß es überhaupt damit zu spät seyn wird, indem viele von diesen kleinen meist sehr unbedeutenden Sachen sich wol längst schon ganz aus dem Cours verloren haben mögen.

---

---

Leges pro alumnis Scholae Gustroviensis latae  
anno MDLXXII.

---

**N**ulla felix erit respublica sine legibus et disciplina, ita Scholastica gubernatio, quae teneram mentem format, nisi formulas morum praescriptas habeat, dignitatem suam tueri non potest.

Primum omnium et in genere prohibemus blasphemias, detestationes, abusum nominis divini, iuramenta, magiam, mendacia, furta, libidines, convicia, libellos famosos, injurias, confoederationes aut conspirationes, et quicquid jure communi nefas esse putatur.

Prohibemus simili ratione gladios, pugiones, sicas, evocationes ad dimicandum, seditiones, grassationes, symposia, publicas tabernas, spurca colloquia, et quidquid Martium magis est quam Musicum.

Piscationes, venationes, aucupationes, item nationes et lotiones in stagnis et fluminibus vicinis, Scho-

lasticis non conveniunt, et prorsus iis abstinendum esse sciant, qui scholae nostrae velint gaudere privilegiis.

Choreis nuptialibus Scholasticos abesse jubemus.

Frequentaturus Scholam primum Rectorem adeat, petatque nomen suum inter discentium referri nomina, ac legibus se-obtemperaturum promittat.

Cum conveniendi tempus est, nemo sine venia emanat; qui absentes esse coguntur, praeceptoribus coram absentiae causam reddant, aut missa scheda proprii chirographi causam proferant veniamque petant.

Qui autorum explicationem audiunt semper et omnibus locis omni tempore latinae linguae sermonem sonare debent.

Gravissimas poenas sibi imminere noverint, qui spreto legibus suo nihil non agunt arbitrio.

### *De moribus in templo.*

Certum est omnes homines ideo conditos esse ut exstaret imago Dei, agnoscens et glorificans Deum; quo fit ut pietatis exercitia juventuti necessaria videri debeant.

Principio serio mandamus, ut in Schola, cum justum conveniendi tintinnabulo designatum tempus est, universi et singuli sine tergiversatione conveniant.

Symphonistae etiam ante primum motum tintinabuli cantu finito in Schola reliquis sese conjungant, et in comitatu Praeceptorum templum petant.

Et quia cum maximo ipsorum commodo conjunctum est dare sese mature pietati, neque aliud quidquam petulantiam et ferinam vitam magis promoveat quam garritus inanes et impii, dum alii canunt et conciones attente audiunt; volumus et devotio pii hominis hoc requirit, ut in vespertinis precibus Cantorem sua voce juvent; alias etiam ante et post conciones hymnos germanicos cum concione universa canant; concionum dispositiones vel calamo vel mente excipiant, postridie in schola rationem reddituri; et finitis sacris omnibus, eo ordine quo templum ingressi sunt, sine strepitu et tumultu egrediantur, et eodem die devotionis suae, vel memoria rectorum vel charta exceptorum rationem reddant.

Absentibus difficulter venia concedetur, nec id alia ratione, quam si gravissimam excusationis rationem praetendere possint et probare.

Cum sacra res peragitur, verecunde decet adstare nudo capite, manibus pedibusque junctis, oculis bene compositis et flexo cum res postulat poplite.

Librorum profanorum lectioni in templo interdiciamus.

Summopere vetitum sit ne quis scurriliter in res sacras aut ecclesiae ministros loquatur.

Quoniam autem et Christianae vitae inspectio requiritur, ideo participationem de coena Domini negligi prorsus non volumus, ne Ethnicismum magis quam Christianismum alere judicemur.

Praefectis et Decanis hoc esto commissum officium, ut secus agentes referant in tabulas, et eodem vel sequenti tempore praeceptoribus notos faciant, de quibus pro ratione personae et facti sumantur supplicia.

*De moribus vel officiis in Schola.*

Non est dubium, scholas pietatis, virtutis et sapientiae esse officinas, qua in re praestandum est, ut omnia reverenter et in loco fiant.

Cum justum conveniendi tempus est, mature omnes adsint.

Nemo sibi licentiam emanendi sumserit, sed si quid intervenerit, per veniam dabitur excusatio.

Veniam petens coram id faciet, vel scheda proprii chirographi missa causam absentiae reddet.

Cum Catechismi, Evangelii et similium in templis et scholis fit explicatio, simpliciter omnes interesse volumus, nec valebit absentiae excusatio, nisi ex gravissima causa.

Quodsi qui somnolenter scholam ingrediuntur, pro

membris non reputabuntur, sed potius repulsionis sibi periculum esse noverint, ut quibus ipsi discipuli non sunt, iidem nec ipsis praeceptores existant.

Ingressuri scholam non resistent prae foribus nec in platea; et iisdem in locis otiosorum exemplo obambulare sit prohibitum.

Scholam ingressurus modeste eum locum occupabit, quo praeceptorum auctoritate quilibet sedere iussus est.

Tempore matutino cum catechismus aut caput ex bibliis recitandum est, quilibet pro ratione successione vel ipse recitationem absolvet, vel alium impeditus substituet.

Absente praeceptore vel avvocato, sic omnia agenda sunt, ac si coram adesset.

Antequam lectiones peractae sint, nemo sine venia audaciam ex Schola eundi sibi sumserit.

In intervallis lectionum collationes aut inquisitiones de lectione concedimus, sed futiles verborum commutationes, tumultus et quidquid ejus est, prorsus ex scholastico coetu in ultimas terras relegamus.

Omnibus officiis in schola peractis cum ad suas quilibet aedes dimittitur, abitionem modeste fieri jubemus, et in hoc genere clamores, vociferationes, tumultuationes et similia simpliciter vitanda sibi sciant.

Praefectis et Decanis esto commissum officium,



ut secus agentes animadvertant, et deprehensos praecceptoribus indicent, de quibus poenae sumentur ordine.

*De moribus in platea.*

Semper de tota gubernatione iudicium a moribus externis sumitur, ideo diligentissime virtutes in plateis elucere volumus.

In plateis necessariae virtutes sunt: modestia vultus, modestia in loquendo, modestia in cundo. Inprimis et simpliciter haec iubemus prohibita esse quae sunt ordinum perturbatio, circum cursitatio, vociferatio, rixatio, decertatio, tumultuatio, idque adeo, ut qui contra fecerit, durissima supplicia subiturus sit.

Ludere in plateis nemini debet esse licitum.

Si quis virum honestum reverentia dignum nec non puellam aut matronam praeterierit, honorem praestabit nudato capite et similibus.

Si quis alterum petulanti derisione exceperit, re delata graviter punietur.

Cum exemplum Dei quisque sit in imagine parva, Praefecti et Decani morum inspectores et de male meritis accusatores esse debent.

*De moribus in funere.*

Cum in confesso sit, hominem ad immortalitatem creatum, decet in funeribus pie defunctorum certa virtutis elucere signa.

Qui prodeunt in funus, non frivolis cogitationibus mentem exercere debent, sed multo magis haec intueri, quod omnes mortales simus, quod saepe subitanea sit oppressio mortis, quod animae sint perpetuae, quod post hanc alia vita sit, quod defuncti corporis aliquando gloriosa futura resuscitatio, quod Deus rogandus sit pro felici migrationis hora, et quaecunque sunt his similia.

In plateis quando funus deducitur, prohibita sunt discursiones, strepitus et quidquid tumultuum nomine judicari poterit.

In cantationibus quilibet suam adjungat operam, idque ita, ut decore decantatum appareat.

Cum ad locum sepulturae perventum fuerit, caveat quilibet, ne vagetur, ne tumultuetur, ne canendo gubernatorem deserat.

Post humationem in discessu idem praestabitur, quod ante sepulturam decere significatum fuit.

Praefecti et Decani tanquam observatores certis intervallis debent a cacterorum latere interdum esse, ac delinquentes tum admonere, tum annotare, tum collegae de facto eorum declarare.

*De officiis et moribus domesticis.*

Sicut omni tempore lux nostra coram hominibus lucere debet, ita domi quoque praestandum est, ut nihil praeter ordinem commissum esse perhibeatur.

Domesticarum virtutum praecipuae sunt: pietas erga parentes, obedientia, fidelitas, modestia, tranquillitas et in vocatione diligentia.

Qui scholastici sunt, cum a re litteraria conceditur immunitas, domi se continere debent, neque unquam per plateas divagari, nisi domesticum aliquod urgeat negotium.

Nemo rixetur cum familia, nemo tumultus excitet, nemo jussis, quae in rem heri sunt, refragetur aut reluctetur.

Nemo sine voluntate patris aut heri pro suo cerebro, praeter quam jus et aequum est, emanendi sumat audaciam.

Qui familiam conturbaverit, et herum parte moeroris oneraverit, sicut domicilium habere desinat, ita scholae beneficiis et privilegiis omnibus privatus esse debet sine gratia.

#### *De officiis erga Praeceptores.*

Cum Deus optimus maximus parentes honorari jubeat, nemini dubium est, cum caeteros magistratum et studiorum morumque formatores significari.

Discipuli toto genere praceptoribus se ita exhibebunt, ut parentum ex optime meritorum loco eos agnovisse videantur.

Si quid praepceptores mandaverint officii nomine,

discipulos obedire volumus, propterea quod et plus aetate sapiant, et praesumptio sit, non male eos auditoribus velle.

Quoties cohortationes et objurgationes audiunt perinde accipiendae sunt ac si viva voce Deum loquentem audirent.

Cum communis sit collegarum omnium vocatio, communis administratio, aequaliter omnibus praeceptoribus auditores nostros parere volumus.

Asperitatem, conviciationem, infamationem, seditionem erga docentes tam prohibemus quam quod maxime; qua in re qui secus agunt, quid merituri sint viderint ipsi.

Si quis male meritis poenae se subjicere detrectaverit, merito pro mortuo membro repudiabitur.

Praefectis et Decanis inspiciendi sit data provincia, qui quod reprehenderit vel Rectori vel caeteris renunciandi cura tenebuntur.

### *De officiis Paedagogorum.*

Omne beneficium officii gratia confertur: ita paedagogi qui dominorum liberalitate fruuntur, ad remunerationem se obligatos esse sciant.

In paedagogis quatuor virtutes maxime necessariae sunt: diligentia, fidelitas, honestas vitae, comitas.

Cum domi sunt, pueros exerceant in Gramma-

tica pro captu, erudiant in pietate, moribus necessariis instructiores efficiant, subinde cohortationibus excitent et suo quoque exemplo cum in studiis tum in moribus praeluceant.

In plateis semper iis, quos commendatos habent, adhaerescere debent, ita ut deducentes et reducentes comitentur et de iis quae agenda sunt admoneant.

Cum Scholam aut templum adeundi tempus est, deducant eo, et omnibus in Schola temploque peractis officiis, inde domum reducant.

Qui paedagogi sunt, sine consensu domini nec absint ab aedibus, nec diutius absint quam ab hero permissum est.

Qui male paedagogiam gerunt gravissime puniantur ne civium beneficia propter abusum eludantur, et nonnunquam depulso male merito, gubernationem alter accipiat.

*Poenae sunt:* Objurgatio, humisessio, cibi potusque subtractio, virga, carcer, ejectio.

---

## Unsere Bibliothek

hat auch in diesem Jahre die Freygebigkeit Eines Verehrl. Publicums sehr zu rühmen.

Der ungenannte Patriot, der sich bereits im vorigen Jahre Ansprüche auf unsere Dankbarkeit erworben, hat auch bey Gelegenheit des letzten Opierexamens unsere Bibliothek mit einem Ducaten und den Schmelttauischen Char-ten von Mecklenburg bereichert. Nicht weniger hat die hie-fige Verehrl. Freymaurerloge ihr jährliches Geschenk von 10 Rthlr. gütigst wiederholt, auch hat Herr Pastor Eyller von seiner Collectur der Jenaischen Litteraturzeitung einen nicht unbedeutenden Ueberschuß (so wie das Exemplar der Zeitung selbst) der Bibliothek übermacht. Da nun auch die Examenbecken unter andern Beyträgen in Silbermünze, auf beyden Examinibus jedesmal einen halben Louisdor Ausbeute gegeben, so darf man sich nicht wundern, wenn alle diese verschiedenen Zuflüsse, mit den gewöhnlichen Ein-nahmen verbunden, eine so ansehnliche Summe formirten, wie sie der Bibliothekfond noch in keinem Jahre gehabt hat.

Dazu kommen ein Paar hundert Bände zum Theil sehr interessanter Sachen, unter denen namentlich sind geschenkt worden: mehrere Bahrdtsche Schriften vom Hrn. Amtsver-walter Voss; Klüvers Mecklenburg vom Hrn. Apotheker Brun; die Jerusalemischen Werke vom Hrn. Pastor Frank; Eberhards Apologie des Socrates vom Hrn. Dr. Hahn; Tom Jones by Fielding (zugleich mit einem schönen Mathe-matischen Besieck) vom Hrn. Carl Kämmerer; Euripidis Hecuba ed. Hermann vom Hrn. Justizr. v. Monroy; Xenophontis Hist. Graeca ed. Morus vom Herrn Pastor Paulli; die Acta Eruditorum vom Hrn. Hofr. Piper; die Jahr-

gänge von 1806 — 1809 der Zeiten von Bof vom Hrn. Dr. Piper; die Bofische Uebersetzung der Ovidischen Verwandlungen vom Hrn. Advocat Simonis; eine der ältesten deutschen Uebersetzungen des Livius, vom Hrn. Tornow; eine große Anzahl Philolog. und Histor. Werke vom Hrn. Hofr. Trosche; Spaldings Predigten und mehrere kleine Schriften desselben, vom Hrn. Steuerrath Biereck; auch ein schöner Bentleyscher Horaz darf nicht vergessen werden, womit uns einer unserer Gymnasialisten Carow ein Geschenk gemacht hat. Desgleichen besitzen wir durch die Güte des Hrn. Dr. Burchard eine sehr zahlreiche und schätzbare Sammlung von Medicinischen Dissertationen, um sie gelegentlich gegen andre Sachen umzutauschen, die brauchbarer für uns sind.

Was unser Physicalischer Apparat durch die Fürsorge der Herren Past. Eyller und Steuerrath Biereck gewonnen hat, wird in dem Programm des folgenden Jahrs seine Stelle finden, wo ich überhaupt von den Mathematischen und Physicalischen Instrumenten, so wie von der Naturaliensammlung unserer Schule nähere Nachricht zu geben denke.

### Veränderungen unter den Schülern.

Der Totalbestand unserer Schule in dem verfloffenen Schuljahre belief sich auf 118. Als eine Merkwürdigkeit für eine Stadt von 7000 Einwohnern verdient hier angeführt zu werden, daß in den letzten drey Halbjahren unter den Mitgliedern der ersten Classe nur Ein Güstrower befindlich war, wobey nicht zu übersehen, daß kein Jüng-

ling dieser Stadt des Studirens wegen andre auswärtige Schulen während dieser Zeit frequentirt hat.

Neu immatriculirt wurden 31.

Zur Universität giengen Ostern d. J.

Georg Christoph Leonhard Müller aus Güstrow und  
Friederich Hartwig Harder aus Leterow.

Michaelis d. J.

Hermann Christian Friederich Simonis aus Volkens-  
hagen,

Gustav Carl Ludewig Hahn aus Kittendorf,

Christian Friederich Gottlieb Naddag aus Schor-  
rentin und

Friedrich Joachim Wilhelm Carow aus Nienkashden.

Die ersten fünf widmen sich sämmtlich der Theologie,  
No. 1. 2. 3. und 5 in Rostock, der vierte in Greifswald;  
der sechste wird in Rostock Medicin studiren.

### E x a m e n .

In Hinsicht unseres Examens habe ich eine Verände-  
rung zu bemerken. Damit nemlich die Abgehenden nicht,  
wie bisher gewöhnlich, vor dem Examen die Schule unter  
dem Vorwande verlassen, daß sie vor ihrem wirklichen Ab-  
gang zur Universität noch allerley Vorkehrungen zu treffen  
hätten; so haben wir gut gefunden, dieses Examen auf ei-  
nen etwas frühern Termin zu verlegen, so daß von ist an  
das Ostereexamen in den letzten Tagen vor der Charwoche,  
das Michaelisexamen aber acht Tage vor Michaelis wird  
gehalten werden. Die Abiturienten halten bey dieser Gele-  
genheit eigen ausgearbeitete Reden, und werden mit Ueber-  
reichung ihrer Testimonien von mir feyerlich entlassen.



## Ordnung des Examens.

---

### E r s t e r T a g.

#### Vormittag.

1. Erste Religionsclasse. Contr.  
Rede: H. Franke aus Voitin: über den hohen Rang, welchen die Deutschen in der Litteratur behaupten. Eigne Arbeit, deutsche Prosa.
2. Erste griechische Classe. Herodot. Rector.  
Rede: H. C. F. Simonis aus Volkenshagen: an Homerus carmina sua litteris consignerit? G. N. lat. Pr.
3. Erste mathematische Classe. Contr.
4. Litterärsgeschichte. Rector.  
Entlassung der Abiturienten.  
Abschiedsrede von G. E. L. Hahn aus Rittendorf.

#### Nachmittag.

1. Zweyte Religionsclasse. Sextus.  
Decl. Rosenow (II): Der Zauber, von Schiller.

2. Zweyte lateinische Classe. Conr.  
Decl. Schuhmacher (II): Der Mäufethurm, von  
Langbein.
3. Zweyte geographische Classe. Succentor.  
Decl. Adolph Franke (II): Pompeji und Heren-  
lanum, von Schiller.
4. Zweyte französische Classe. Subrector.  
Decl. Zickermann (III): Der Wild- und Rheingraf,  
von Bürger.
5. Zweyte historische Classe. Succentor.  
Decl. Paetsch (III): Der Peter in der Fremde, von  
A. G. Eberhard.

### Z w e y t e r   T a g .


#### Vormittag.


1. Dritte lateinische Classe. Subrector.  
Decl. Sibeth (III): Radowessische Todtenklage,  
von Schiller.
2. Erste naturhistorische Classe. Sextus.  
Decl. Zahn (III): Der arme Schiffer, von Sellert.
3. Technologische Classe. Cantor.
4. Vierte lateinische Classe. Succentor.  
Decl. Canzler (IV): Elegie von Mathisson.


#### Nachmittag.


1. Dritte Religionsclasse, biblische Geschichte. Succent.  
Decl. Schulze (IV): Frig der Rächer, von Göt-  
tingk.

2. Vierte französische Classe. Cantor.  
Decl. Martinsen (IV): Der Informator von Michaelis.
3. Vorbereitungsclasse, Verstandesübungen. Cantor.  
Decl. Dan. Schneider (IV): Das Grablied von Kleiff.
4. Erste deutsch-grammatische Classe. Sextus.  
Decl. Wilh. Voss (V): Das Testament von Seltert.
5. Erste Rechenclasse. Herr Behrens.  
Decl. Peters (V): Die Ordnung von Burmann.









Vierte französische Classe. Cantor.

Decl. Martinsen (IV): Der Informator von Michaelis.

Vorbereitungsclasse, Verstandesübungen. Cantor.  
Decl. Dan. Schneider (IV): Das Grablied von Kleiff.

Erste deutsch-grammatische Classe. Sextus.

Decl. Wilh. Voss (V): Das Testament von Gellert.

Erste Rechenclasse. Herr Behrens.

Decl. Peters (V): Die Ordnung von Burmann.

